

Quorum est vnum quod demonstratum est homini: quem locum haberet in rebus quas condidit deus: quando quidem sic deo conuigi potuit humana natura: vt ex duabus substantijs fieret vna psona ac p hoc iam ex tribus scz deo anima et carne. vt superbi illi maligni spiritus qui se ad decipiendum quasi ad adiuuandum in medios interponunt: non ideo se audeant homini preponere. quia non habent carnem et maxime quia et mori in eadem carne dignatus est filius dei: ne ideo illi tanquam deos se coli psuadeant. quia videntur esse immortales. Deinde vt gratia dei in nobis sine vllis precedentibus meritis in homine christo commendaretur. qz nec ipse vt tanta vnitate deo vero coniunctus vna cum illo persona. i. ipse homo assumptus: mox vt homo etiam deus filius dei fieret vllis est precedentibus meritis affectus. Sed ex quo esse homo cepit esse: ex illo est et deus vnde dictum est: Verbum caro factum est. Etiam illud est vt supbia hominis que maxime impedimento est. ne inhereatur deo p tantam dei humilitatem redargui posset atqz sanari. Discatqz homo qm longe recesserit a deo: et qd illi valeat ad medicinalem dolorem quando p talem mediatorem redit qui hoibus et deus diuinitate subuenit: et homo infirmitate conuenit. Quod autem maius obedientie nobis pberetur exemplum qui p inobedientiam perieramus: qm deo patri deus filius obediens vsqz ad mortem crucis. Quod premiū tante obedientie vbi ostenderetur melius qm in carne tantum mediatoris que ad vitam resurrexit eternam. Pertinebat etiam ad iusticiam bonitatemqz creatoris: vt p eandem rationalem creaturam suparetur diabolus quam se superasse gaudebat: et de ipso genere venientem qd genitrix gine viciata: p vnum tenebat vniuersum.

De natiuitate domini ex maria virgine et spiritu sancto.

Capitulum XVIII

**Job. 1.** Poterat enim vtiqz deus hoiem alium de suscipere i quo esset mediator dei et hominum: non de genere illi ad quem qui peccato suo genus obligauit. humanum sicut ipsum quem primum creauit non de genere creauit alicuius. Poterat ergo vel sic: vel alio quo vellent modo creare vnum alium quo vinceretur victor prioris. sed melius iudicauit vt de ipso qd victum fuerat genere assumere hoiem deus: per quem generis humani vinceret inimicum. Et tamen ex virgine cuius conceptum spiritus: non caro: fides: non libido puenit. Nec interfuit carnis concupiscentia per quam seminantur et concipiuntur ceteri: qz tra-

hunt originale peccatum: sed ea penitus remouissima credendo: non concubendo sancta est secundata virginitas: vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis tantummodo generis non etiam criminis originem duceret. Nascebatur namqz non transgressionis contagione viciata natura: sed omnium talium viciorum sola medicina. Nascebatur inquam homo nullum habens: nullum habiturus omnino peccatum: per quem renascerentur liberanda a peccato qui nasci non possunt sine peccato. Quis enim carnali concupiscentia que in genitalibus membris bene vtatur castitas conjugalis. habet tamen motus non voluntarios quibus ostendit vel nullam se in paradiso ante peccatum esse potuisse: vel non talem fuisse si fuit: vt aliquando resisteret voluntati. Vnde autem illam talem esse sentimus vt repugnans legi mentis: etiam si nulla est causa generandi: stimulos ingerat coeundi: vt si ei ceditur: peccando satiatur: si non ceditur dissentiendo frenet. Que duo aliena fuisse a paradiso ante peccatum: dubitare quis possit. Nam neque illa honestas faciebat aliquid indecorum: nec illa felicitas patiebatur aliquid impacatum. Spor-tebat itaqz vt ista carnalis concupiscentia nulla ibi esset omnino: quando concupiebatur virginis partus in quo nihil dignum morte fuerat inuenturus: et eum tamen occisus auctor mortis: auctoris vite vincendus. Victor primum adam et tenens genus humanum victus a secundo adam et amittens genus christianum: liberatum ex humano genere ab humano crimine: p eum qui non erat in crimine quis esset ex genere vt deceptor: ille ab eo vinceret genere qd vincerat crimine. Et hoc ita gestum est vt homo non extollatur: sed qui gloriatur in domino gloriatur. Qui enim victus est: homo tamen erat. et ideo victus est: qz superbe deus esse cupiebat. Qui autem vicit et homo erat et deus. et ideo sic vicit natus ex virgine: qz deus humiliter non quod alios sanctos regebat illum hominem: sed gerebat. Hec tanta dei dona et si que alia sunt que de hac re nobis et querere nunc et discernere longum est: nisi verbum caro fieret: nulla essent.

Verbum caro factum est quod est christus. Iesus et sapientie thesauros in se habeat et scientie.

Capitulum XIX

Ecce autem omnia que p nobis verbum caro factum temporaliter et localiter fecit et pertulit secundum distinctionem quam demonstrare suscepimus: ad scientiam pertinet non ad sapientiam. Quod autem verbum est sine tempore: sine loco: est patri coeternum et vbiqz totum: de quo si

Job. 7.

Job. 10.

Job. 1.

# Liber

**Job. f.** quis potest quod potest veraciter proferre sermonem: sermo ille erit sapientie: ac pl<sup>s</sup>. **Uerbum** caro factum quod est Christus Iesus: et sapientie thesauros habet et scientie. **Nam** scribens apostolus ad Colossenses: **G**loriam enim vos scire inquit quantum certamen habeat pro vobis: et pro his quod sunt laodicee et quicunque non viderunt faciem meam in carne: ut consulentur corda eorum: copulati in caritate et in omnibus diuitiis plenitudinis intellectus ad cognoscendum mysterium dei: quod est Christus Iesus in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. **Quatenus** nouerat apostolus thesauros istos: quantum eorum penetrauerat et in eis ad quantum puenerat. quis potest nosse? **E**go tamen secundum id quod scriptum est. **U**nicuique autem nostrum datur manifestatio spiritus ad utilitatem alij quidem datur pro spiritu sermo sapientie: alij sermo scientie secundum eundem spiritum: si ita inter se distant hec duo ut sapientia diuinis: scientia humanis attributa sit rebus: utrumque agnosco in Christo et mecum omnes eius fideles. **E**t cum lego: **U**erbum caro factum est et habitauit in nobis: in verbo intelligo uerbum dei filium in carne agnosco uerum filium hominis filium: et utrumque simul in una persona dei et hominis ineffabili gratie largitate productum. **P**ropter quod sequitur et dicit. **E**t uidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et ueritatis. **S**i gratiam referamus ad scientiam: ueritate ad sapientiam: puto nos ab illa duram istarum rerum distinctione quam commendauimus non abhorere. **I**n rebus enim pro tempore ortis: illa summa gratia est quod homo in unitate persone productus est deo: in rebus uero eternis summa ueritas recte tribuitur dei. **U**erbo uero idem ipse unigenitus a patre plenus gratie et ueritatis: id actum est ut idem ipse sit in rebus pro nobis temporaliter gestis cui pro eandem fide mundamur ut eum stabiliter contemplemur in rebus eternis. **I**lli autem precipui gentium philosophi qui inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciere potuerunt: tamen quod sine mediatore: id est sine homine Christus philosophari sunt: quem nec uenturum prophetae: nec uenisse apostoli crediderunt. ueritate detinuerunt (sicut de illis dictum est in iniquitate. **H**omo potuerunt enim in his rebus infimis constituti: nisi querere aliqua media per que ad illa que intellexerunt sublimia pueniret: atque ita in deceptores demones inciderunt per quos factum est: ut immutaretur gloria in corruptibilis deum similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. **I**n talibus enim formis etiam idola instituerunt siue coluerunt. **S**cientia ergo nostra Christus est: sapientia que nostra idem Christus est. **S**pe nobis fidem de rebus tra-

libus inserit: ipse de sempiternis exhibet ueritatem: pro ipso persequimur ad ipsum: tendimus pro scientiam ad sapientiam: ab uno tamen eodemque Christo non recedimus in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. **S**ed nunc de scientia loquimur: post de sapientia quantum ipse donauerit locuturi. **N**ec ista duo sic accipiamus quasi non licet dicere: uel istam sapientiam que in rebus humanis est: uel illam scientiam que in diuinis: loquendi enim latiore consuetudine: utraque sapientia: utraque scientia dici potest. **N**ullo modo tamen scriptum esset apud apostolum. **A**lij datur sermo sapientie: alij sermo scientie: nisi et proprie singulis nominibus hec singula uocarentur de quorum distinctione nunc agimus.

**N**eminem posse sine fide ad ueram beatitudinem peruenire: **Capitulum XX**

**N**am itaque uideamus quid sermo iste prolixus effecerit quod collegerit quo perueniret. **B**eatos esse se uelle omnium hominum est: nec tamen omnium est fides: quia mundante ad beatitudinem peruenit. **I**ta sit ut per istam quam non omnes uolunt ad illam tendendum sit quam nemo possit esse qui nolit. **B**eatos esse se uelle omnes in corde suo uident: tantumque est in hac re nature humane aspiratio: ut non fallatur homo qui hoc ex animo suo de alio conijcit alieno. **D**enique omnes id uelle nos nouimus. **M**ulti uero immortales se esse posse desperant: cum id quod omnes uolunt: id est beatos nullatenus possint: sed non credendo quod possint: non ita uiuunt ut possint. **N**eccessaria ergo fides ut beatitudinem consequamur: omnibus humane nature bonis: id est animi et corporis. **H**anc autem fidem in Christo esse diffinitam: qui carne resurrexit a mortuis: non moriturus ulterius: nec nisi per illum quem liberari a diaboli dnatu per remissionem peccatorum. **I**n cuius diaboli partibus necesse est miseram esse uitam: eandemque perpetuam: que mors est potius dicenda quam uita: eademque fides habet. **D**e qua et in hoc libro sicut potui per spatium temporis disputauimus: cum iam et in quarto libro huius operis multa de hac re dixerim: sed ibi propter aliud hic propter aliud. **U**bi scilicet ut ostenderem: cur et quomodo Christus in plenitudine temporis a patre sit missus: propter eos qui dicunt eum qui misit: et eum qui missus est equales natura esse non posse. **H**ic autem ad distinguendam actiuam scientiam a contemplatiua sapientia: placuit quippe uelut gradatim ascendentibus in utraque requirere apud interiorum hominum quandam sui cuiusque generis trinitatem: sicut prius apud exteriorum questuimus.

Colo. 2.

1. Cor. 12.

2. Pet. 3.  
Act. 15.

Rom. 6.

Gal. 4.